



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

Seqvvntvr Concilia Africana Svb Anastasio Habita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO CHRISTI 414. insinuat) Numidiarum, & Aurelii coepiscoporum nostrorum: in quibus scriptis veltra mecum caritas recognoscit, promisso eosdem, quod aut ipsi dignarentur venire, aut ad hoc Concilium fuissent ex more destinatur legatos. Sed hoc quia minime factum videtur, diu se detineri, de longinquō venientes legati Mauritaniæ Sistiphensis, non posse testantur. Et ideo, fratres, si vestræ caritati videtur, literæ fratrum nostrorum Byzacenorū, sed & breuiarium quod eidem epistolæ adjunxerunt ad hunc cœtum * conrogatum, legantur: vt si qua forte illic mouere caritatis vestræ animum possunt, in eodem breuiario, quæ diligentius fuerint animaduersa, in melius reformatur. Hoc enim frater & coepiscopus noster primæ sedis, vir perspectus, merito suæ grauitatis atque prudenter * Myzoni, al. Muo- nius, congre- datum, Mizanius, scribens ad meam paruitatem, postulauit. Si ergo placet, quæ tractata sunt, legantur, & singula a vestra caritate considerentur.

IN HOC CONCILIO STATUTVM EST
ut episcopi sine formata non nauigent.

CÆSARIO & Attico viris clarissimis consulibus, sexto Kalendas Iulias, Carthagine placuit, vt nullus episcoporum nauiget sine formata primatis. Gesta in authenticis, qui quæret, inueniet.

N O T A.

Hæc eadem statuta fuerunt Concilio Carthaginensi III. Hinc itaque constat, illud VI. Kalendas Iulii inchoatum, ad Septembrem usque continuatum fuisse: vel quod supra dixi, Carthaginensi III. ex multis Carthaginensibus compilatum esse.

SEQVVNTVR CONCILIA AFRICANA
S V B A N A S T A S I O H A B I T A.

DE CONCILIO ISTO LEGATI
ad imperatores infra scripti diriguntur episcopi.

POST consulatum gloriosissimi imperatoris Honorii Augusti IV. & Eutychiani viri clarissimi, v. Kalendas Maias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc Concilio legatione suscepserunt Epigonius & Vincen- tius episcopi, vt pro confugientibus ad ecclesiam, quo- Quam ob causam, quo loco ac tempore hoc Concilium Carthaginense in Africa celebratum

Concil. Tom. 4.

T r t ij

fuerit, di-
ximus in
notis Con-
ciliis Afri-
cani I. sub
Anastasio.

cumque reatu inuolutis, legem de gloriosissimis princi-
pibus mereantur, ne quis eos audeat abstrahere.

ANNO
CHRISTI
417

IN HOC CONCILIO LEGATIO DESTINATVR

*ad Romanum & Mediolanensem episcopos, de paruulis qui
apud haereticos baptizati sunt, & ad imperatorem de idolo-
rum reliquiis auferendis, & de aliis rebus quamplurimis.*

Tempus,
locum, &
causam hu-
ius indicat
notæ Con-
ciliis Afri-
cani II. sub
Anastasio.
Notas &
explicatio-
nem Cano-
nū ex Con-
cilio Car-
thaginensi
III require.

POST consulatum Flauii Stiliconis viri clarissimi, de-
cimoquarto Kalendas Iulias, Carthagine in secré-
tario basilicæ Restitutæ : cum Aurelius episcopus vna
cum episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus,
Aurelius episcopus dixit : ecclesiarum Dei per Africam
constitutarum necessitates mecum optime nouit caritas
vestra, sanctissimi fratres. Et quoniam præstitit Domi-
nus, vt ex aliqua parte sancti cœtus vestri esset congre-
gata præsentia, videtur mihi, vt has easdem necessitates,
quas pro sollicitudine nostra indagare potuimus, in me-
dium proferamus. Quas cum approbauerit vestra since-
ritas, fit consequens, eligendum esse vnum a nostro nu-
mero confacerdotem, qui (auxiliante Domino & ora-
tionibus vestris) & has ipsas necessitates suscipere pos-
sit, & gnauiter peragendas implere, perrecturus ad trans-
marinas Italæ partes, vt tam sanctis fratribus & con-
facerdotibus nostris, venerabili sancto fratri Anastasio, se-
dis apostolicæ episcopo, quam etiam sancto fratri Ve-
nerio sacerdoti Mediolanensis ecclesiae, necessitatem
ipsam ac dolorem atque inopiam nostram valeat inti-
mare. Ex his enim sedibus hoc fuerat prohibitum : quo
nouerint communi periculo prouidendum, maxime
quia tanta indigentia clericorum est, multaque ecclesiæ
ita deserta sunt, vt ne vnum quidem diaconum vel in-
literatum habere reperiantur. Nam de ceteris superiori-
bus gradibus & officiis tacendum arbitror: quia, vt di-
xi, si ministerium diaconi facile non inuenitur, multo
magis superiorum honorum inueniri non posse certif-
sum est. Et quotidianos planctus diuersarum pene
emortuarum plebium iam non sustinemus : quibus nisi
fuerit aliquando subuentum, grauis nobis & inexcus-
abilis innumerabilium animarum pereuntium causa apud
Deum mansura est.